4. Augustus uidetur aperto capite, laeuo obtutu, denudato collo, cum nominis epigraphe:

CAESAR AVG. TRIBVNIC. POT . . . . . . . . . .

In altera.

Triumuir Monetalis nomen in aere exarauit per superficiem. CAECILIVS. (alij legunt Maecilius) TVLLVS IIIVIR. A. A. A. F. F. in medio S. C. Nummum hunc aeneum magnum habet Antonius Augustinus Romae

In una parte.

5. Augustus cernitur radiatus, dextro ore, denudato collo, cum nominis commendatione.

DIVVS AVGVSTVS PATER.

In altera.

Corona ciuica impressa est, cum medijs duob. characteribus. S. C. Nummus hic medi=ocris apud me domi seruatur ex aere Corinthio.

In una parte.

6. Augustus uidetur radiatus, dextra facie, aperto collo, cum nominis commendatione. DIVVS AVGVSTVS.

In altera.

Victoria conuersa stat, dextra manu clypeu ad palmam arborem tenens, in quo legitur. S. P. Q. R. Ad humeros deae. S – C. Laeua lateri adpressa, conquiescentis instar. Nummum hunc aeneum uidi apud D. Petrum Rames Hispanum.

In una